



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 139. Thomæ Bozii, Olivarii Hattemii & Elichii fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

potius petulantem, fugitivum & perversum hominem non confutatione sed resti-
gnum appellabat. Ceterum præter hos varia etiam scripta reliquerunt P. Hen-
ricus Samerius, Joannes Theodoricus, Alphonsus de Castro, Joannes Voellus, Nicolaus Boanartius, qui Gro-
tium confutabat, & Thomas Sanchez, cujus tres tomi de Sacramento Matri-
monii omnem applausum tulere.

Sæc. XVII.
A. C. 1610.

§. CXXXIX.

*Thomæ Bozii, Olivarii Hattemii
& Elichii fata.*

Patres Oratorii Romani pariter hoc anno lugebant mortem sui Sodalis Thomæ Bozii, qui Eugubii in Urbina-
tensi Ducatu natus, omnique ferme scientiarum genere excultus præcipue Hi-
storix studio insudabat: Edidit tractatum de signis Ecclesie, alium de ruinis gentium & Regnorum, ac denique
adversus Machiavellum librum de antiquo & novo Italice statu. Præterea in-
gens parabat opus, scilicet *annales Antiquitatum*, morte tamen præventus
nonnisi duos tomos absolverat: Exstant quoque illius lucubrationes de *Imperio
virtutum*, de *robore bellico & jure Statu*:
Hist. Eccles. Tom. LIV. P p tus:

Joan. Nic.
Pinac. I.
pag. 93.
Miræus
Bibl. Script.
Sæc. XVII.
Andr. Bibl.
Belg. tom. I.
l. 12. c. 23.

Sæc. XVII. *tus*: obiit die nona Decembris. Joannes
A. C. 1610. Nicius illum in eo deprædicat,
 quod in scribenda historia non certis
 quibusdam finibus, ut Baronius, se
 continuerit, sed liberum, & apertum
 sibi campum esse voluerit. Præclaro
 etiam elogio libros S. Theresiæ in suo
 opere *de signis Ecclesiæ* signo 57. com-
 mendabat. Decessit pariter vigesima
 quarta Decembris Antverpiæ Oliva-
 rius Hattemius Ultrajectensis, qui Lug-
 duni Batavorum & Lovanii, Justo
 Lipsio Magistro, præclarum in literis
 profectum fecerat, unde a Calvinistis,
 quorum sectam profitebatur, ad Eccle-
 siæ ministerium vocatus quatuordecim
 omnino annos hoc munere defunctus
 est, tandem vero cognito errore ad
 Ecclesiæ Romanæ castra unacum uxore
 & liberis suis, quorum plerique
 vitam Religiosam professi sunt, anno
 Christi millesimo sexcentesimo septi-
 mo transiit, ac propterea Lovanii idio-
 mate patrio *Justificationem, cur a Cal-
 vinistis defecerit, deque notis Catholicorum
 & novorum Evangelicorum, necnon A-
 pologiam contra reformatæ Religionis Mi-
 nistros* edidit, mortuus ibidem anno
 conversionis suæ tertio, ætatis vero
 trigesimo octavo. Ad hunc annum re-
 ferre lubet obitum Ludovici Elichii
 Mar-

Marpurgensis, qui disputatione *de ma-* Sæc. XVII.
gia Diabolica ibidem habita a Protestan- A. C. 1610.
 tibis suis Doctoribus vehementer ob-
 jurgatus, vastissimum, quod de hoc
 argumento conscribere parabat, opus
 absolvere præpediebatur, nihilominus
 librum edidit de *Dæmonologia, de Dæ-*
monis cacurgia & lamiarum energia Fran-
 cofordiensibus liberis anno millesimo
 sexcentesimo septimo excusum, in quo
 Tandleri Wittembergeris Professoris
 tractatum de *fascino & incantatione* a-
 crius perstrinxerat: cum vero exin-
 de Protestantium invidiam in se con-
 citasset, desertis eorum signis Catho-
 licam fidem professus, tres libros,
 quibus titulus: *Innocentius sive de mi-*
seria, Francofordix anno Christi mil-
 lesimo sexcentesimo nono excudi cu-
 rabat.

§. CXL.

Andree Capellæ & Antonii

Ricciardi mors.

His merito accensendus est Andreas
 Capella natione Hispanus patria *Miræusi. c.*
 Valentinus, qui relicto Societatis in-
 stituto ad Sacrum Cartusianorum Or-
 dinem anno quingentesimo sexagesimo
 Pp 2 nono